Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

# De Methoposcopia Astronomica

Finella, Filippo

Antuerpia, 1650

De Nona Domo. Cap. IX

urn:nbn:de:bsz:31-95557

Visual Library

FIGVRA CCCXXX.



Habens vnam lineam obliquam in ſituatione Solis ex parte dextera aſcendétem vſq; ad ſituationem Martis, & ex parte ſiniſtra deſcendentem vſq; ad ſituationem Veneris, & in ipſa parte ſiniſtra faciat angulum acutum, cum linea curua ex parte dextera in ipſa ſituatione Solis, vt in figura 330. in prelio mortem oppetet.

# De Nona Domo. Cap. IX.

COmmunis in genere Aſtrologorum opinio autumat in nona Zodiaci domo cóiecturas habere hominum legum, & quam fidem ſectabantur; hinc periuri ſacrilegi, & mille falſitatibus imbuti demoſtrantus, deſcribemus igitur in hoc nono capitulo mēdaces, hæretici, homicidiarij, graſſatores, homicidiarij, & Sanctę fidei Catholicæ hoſtes.

## FIGVRA CCCXXXI.



Habens quatuor lineas in ſituatione Lunæ aſcendentes vſquè ad ſituationem Mercurij, vt in fig. 331. erit mandax, & iniuſtus.

## FIGVRA CCCXXXII.



Habens duas lineas, ideſt vnam tortuoſam in ſituatione Saturni, & alteram lineam cum ſemicirculo in ſituatione Martis, vt in fig. 332. erit prauus, & mẽdax.

## FIGVRA CCCXXXIII.



Quatuor lineæ, vna breuis in ſituatione Saturni, duæ oppoſitæ in ſituatione Matris, ideſt vna breuis ex parte dextera, & altera ſicut S, ex parte ſiniſtra, & quarta ſimiliter breuis in ſituatione Solis, vt in fig. 333. delarant natum deceptorem, & perfidum infamem.

## FIGVRA CCCXXXIV.



Habentes quatuor lineas, vnam ex parte ſiniſtra cũ vnco in ſituatione Veneris, & tres obliquas in ſituationibus Mercurij, & Lunæ, vt in figur. 334. mẽdacium, & perfidiam profitebunt.

## FIGVRA CCCXXXV.



Qui habebit vnam lineam in ſituatione Martis cum ſemicirculo in ſuo medio, vt in fig. 335. erit infamis.

## FIGVRA CCCXXXVI.



Habentes quatuor lineas, ideſt vnam tortuoſam, & breuem in ſituatione Iouis ex parte ſiniſtra in ſituatione Martis cum ſemicirculo ex parte dextera in ſituatione Solis, & aliam cum vnco ex parte ſiniſtra in ſituatione Mercurij, vt in fig. 336. erunt mendaces, & falſarij.

## FIGVRA CCCXXXVII.



Habẽs duas lineas bifurcas, vnam deſcendentem à ſituatione Saturni, & peruenientem ad ſituationẽ Solis ex parte dextera, & alteram exiſtentem in ſituatione Solis, vt in figur. 337. erit mendax.

## FIGVRA CCXXXVIII.



Habens duas lineas perpendiculares, quarum vna deſcendat à ſituatione Saturni, & veniat ad ſituationem Mercurij, & altera à ſituatione Martis deſcendat ad eandem ſituationẽ Mercurij, vt in figur. 338. magiam profitebitur.

## FIGVRA CCCXXXIX.



Habens quatuor lineas, ideſt vnam curuam in ſituatione Iouis deſcendentem vſque ad ſituationem Saturni; vnam breuem in ſituatione Martis ex parte dextera, vnam tortuoſam in ſituatione Veneris ſimiliter ex parte dextera, & vnam ſicut characte r in ſituationibus Veneris, & Mercurij ex parte ſiniſtra, vt in figur. 339. erit hæreticus.

## FIGVRA CCCXL.



Habēs tres lineas ideſt duas rectas in ſituationibus Iouis, & Martis, & vnam perpendicularem incipientē à ſituatione Veneris, & deſcendentem vſq; ad ſituationem Lunæ, vt in fig. 349. apoſtatabit à fide.

## FIGVRA CCCXLI.



Vna linea tortuoſa incipiens à ſituatione Saturni, & deſcendens ad illam Veneris, vt in fig. 341. pręmõſtrat natum futurum crudeliſſimus execretatoré.

## FIGVRA CCCXLII.



Qui habebit duas lineas aliquantulum curuas vnam in ſituatione Martis, & alteram in illa Veneris, vt in fig. 342. deficiet à fide.

## FIGVRA CCCXXXIII.



Habens vnam lineam tortuoſam cum duobus ramuſculis in ſituatione Martis, vt in fig. 343: erit execrator.

## FIGVRA CCXLIV.



Habens duas lineas, vnam angularem ex parte ſiniſtra in ſituatione Solis, & alteram rectam ex parte dextera in ſituatione Veneris, vt in fig. 344: hæreſim fouebit.

## FIGVRA CCCXLV.



Habens duas lineas,vnam tortuoſam,& obliquam in ſituatione Iouis, & alteram cruciatam in medio frontis in ſituationibus Veneris, & Mercurij, vt in fig. 345. erit periurus & iniuſtus.

## FIGVRA CCCXLVI.



Habens ſeptem lineas rectas,& non completas in ſituatione Iouis duas rectas,& breues in ſituatione Veneris quatuor,& ſeptimam in medio ſituationis Mercurij,quæ tangant ſituationem Lunæ, vt in figur. 346. erit mendax,& falſarius.

## FIGVRA CCCXLVII.



Habens vnam lineam ex parte ſiniſtra ſicut character in ſituatione Martis, quæ deſcendat vſq; ad illam Mercurij, vt in fig.347. fidem Chriſti derelinquet.

## FIGVRA CCCXLVIII.



Habentes duas lineas, vnam ex parte ſiniſtra cum vnco ni ſituatione Martis, & alteram breuem & rectam in ſituatione Mercurij ſimiliter ex parte ſiniſtra, vt in fig.348. erit homicida & ſicarius.

## FIGVRA CCCXLIX.



Habens tres lineas, vnam breuem, & rectam in ſituatione Iouis, & aliam in ſituatione Martis, cum linea, quæ deſcendat perpendiculariter à dicta ſituatione Martis vſq; ad illam Veneris, vt in fig. 349. erit homicida.

## FIGVRA CCCL.



Duæ lineæ breues, & oppoſitæ in ſituatione Iouis, vt in fig. 350. reddunt natum procliuem ad homines necandos.

## FIGVRA CCCLI.



Habẽs duas lineas obliquas ex parte dextera, quæ deſcendant à ſituatione Veneris vſq; ad ſituationem Lunæ, vt in fig. 351. erit ſicarius, & proditor.

## FIVGRA CCCLII.



Habẽs vnam lineam rectam, & aliam in ſituatione Martis, vt in fig. 352. homicidijs inquinabitur.

## FIGVRA CCCLIII.



Habens vnam lineam ſicut character in medio frontis in ſituatione Martis, quæ vno vertice aſcendat ad ſituationem Iouis, & cum altero deſcendat ad ſituationem Solis, vt in figura 353. habebitur ſicarius, & homicida.

## FIGVRA CCCLIV.



Habens vnam lineam vndatam in ſituatione Martis, vt in fig. 354. falſitates cōmittet.

FI-

## FIGVRA CCCLV.



Habens vnam lineam tortuoſam in ſituatione Martis, vt in figura 355. adulterabit monetas, & ſigilla.

## FIGVRA CCCLVI.



Habens vnam lineam cum vnco ex parte dextera, quæ ſicut vnda ſerpia vſq; ad aliquam ſituationum vt in fig. 356. erit iniquus, Mahomectanus, & falſarius.

## FIGVRA CCCLVII.



Habens duas lineas vnam rectam, & longam in ſituatione Martis, & vnam in ſituatione Solis obliquè deſcendentem in ſituationem Veneris, vt in fig. 357. habebit operationes falſitas.

## FIGVRA CCCLVIII.



Habens tres lineas, vnam deſcendentem à ſituatione Solis vſque ad illam Mercurij formantem vncum ex parte dextera, & alias duas lineas obliquas ex parte ſiniſtra in ſituatione Veneris, vt in figur. 357. erit iuriſiurandi violator Mahomectanus, & falſarius.

Fi-